

Ad Calendas Januarii Anni 1791.

In Nomine DEI Triunius.

Votum Tripartitum.

et quidem:

Primū-primū,

In Sacratissimum Hungariae Regem

LEOPOLDUM II dūm.

Leopoldus primus, primo dat Sceptra Josepho;
Josephus alter fert Leopoldo jure Secundo.

**

Vivat Leopoldus augustus, Rexque Secundus,
Teutoniae Caesar Rex simul Hungariae.

Vivat Leopoldus, Cor nostrum, Regula Cujus:
Divitiae Regis sunt pia corda gregis.

O! felix Regnum, quod Regi Corde ministrat!
O! felix Rex, qui corde regit populum.

Cor Regis, populi cor, cum concrevit in unum;
Felicitas Regis fit simul una gregis.

Votum alterum.

Ad Illustrissimum Dñum Comitem Antonium
Carolyi tit. tit. quā Aurei Velleris Equitem.

Salve celsae Comes, aurati Velleris eques,
Haeres Sasonis, Colchidis Austriaci.

Te, non Argo ratis, non Typhis navita vexit,
Quam, tam celebris Velleris in Patriam;
Non Castor Pollux, non Hercules, Orpheus, et non
Theseus, ac reliqui Iasonis associi;
Non Svaris Medea celebrata Virginis artes,
Argonautarum nec glomerata cohors;
Verum Scopoldus[†] Secundus, Lege Secundus,
Et Rex auxati Velleris ingenuus:

Te Comitum magnum tam magno Munere donat,
Per quod majoris Muneris Omen habes,
Mox, ubi pervenient Izraelis Currus et Eques
Regem, Teque Bonus Ducat ad astra Deus.

[†] Secundus hic significat felicem faustum, et
primam Syllabam habet longam; in fine Carminis
vox Secundus est notio ordinis et primam Syllabam
habet brevem.

Votum Tertium

Ad Illustrissimos D^{os} Comites, Patrem
Antonium, Josephum filium Carolycos
occasione Novi Anni 1791.

Salve par Comitum, Pater Antoni, Josephi Fili!
Queis unus Sanguis, cordibus unus amor.
Ecce novum Titan Cali Rex incipit annum:
Sic Summo Solem Rege regente Deo.

Ille

Ille regit Solis, Solus moderator habenas,
Ille jubet nostros ire redire dies.

Heu Comites! novus hic veteres nos efficit annus;
Atque facit morà nos breviora mori.

Decreverunt crescendo dies. quò longior aetas:
Hòc citius nostri temporis hora ruit.

Interè nostram precibus producere vitam,
Exemplo Regis discimus Erechia.

Quem DEUS orantem quindenis munerat annis,
Cùm mandante Deo jam moribundus erat.

Hàc ratione et ego pro Vobis oro Patronis.
Oro Deum Vestros multiplicare dies.

Vivite pax Comitum: Vivat Comitissa Josepha.
Vivat amor Josephi Waldstein Elisabeth.

Illustrissimorum DD Comitum
post divos patres et avos

Váfarhelyeni
Carolyi Comites,
27 Decembr.
1790.

humillimus Senex famulus
Benjamin Sönyi, V.D.S.
et Archidiaconus in
H.M. Váfarhely, m. p.
anno aetatis meae 74to.

748. 27. xlv

Depnyami Szomyi Ex Pradi
Canti, Hód Mezzei Vasa's
Kelyief Az Arany Jua
748

Alpus.